

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. IV. De dotibus animæ & corporis gloriosi: Vbi an Sanctorum  
beatitudo sit futura perpetua.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

*Amat Beati  
Deum ut;  
possidit;  
ergo amat  
professionem,  
nempe vi-  
sionem.*

amamus visionem, per illum affectum, sicut quando amicum diligimus aut rem aliam quamcumque, non amamus cognitionem qua rem illam representamus. At vero respectu secundi affectus, visio non est tantum conditio, sed objectum, amamus quippe Deum ut nostrum; seu ut possidemus; sicut qui amat agrum vel equum, ut possidemus, non illos solum amat, sed illorum possessiones; visio autem est possessio Dei, ut diximus. Quemadmodum per affectum speci, quo speramus, vel desideramus videre Deum, non tantum erga Deum afficimur, sed etiam erga visionem ut obtinendam, & consequenter erga eam in Ccelo afficitur beatus, ut obtentam.

**III.** *Quamvis  
Deus secun-  
dum se non  
potest esse ob-  
jectum tri-  
fici, potest  
tamen esse  
objectum  
delectatio-  
nis.*

Dices cum Durando: Deus non potest per se esse objectum tristitia, sed solum ratione suorum effectuum, ergo nec potest esse per se objectum gaudii, seu latitiae. Negatur tamen consequentia, disparitas est manifesta, Deus siquidem in se & secundum se nihil habet creature rationali disconveniens, ac proinde secundum se non potest esse objectum tristitia, sed est objectum pulcherrimum, maximèque conveniens, quare per se esse potest objectum gaudii, delectationis, & latitiae.

**IV.** *Delectatio-  
nes beatifi-  
cas non tā-  
tum suppo-  
nit visionem  
Dei, sed erit  
cognitionem  
hujus visio-  
ni.*

Dices Secundò cum Cajetano: delectatio hæc est beatifica, seu de beatitudine, sed non de formalibus, ergo de sola objectivitate formalibus autem beatitudine, seu visio est tantum conditio illam applicans: minor, in quo est difficultas probatur, visio enim ut delectetur debet cognosci, delectatio enim hæc est actus voluntatis, nihil autem voluntum quin & pæcognitum, ergo. Respondeo primò cum Valsquez cap. 4. num. 20. delectationem illam, quam habent beati de Deo, præsupponere, non solum cognitionem, seu visionem Dei, sed etiam cognitionem hujus visionis, quâ posita nulla est difficultas, quo pacto quis de ipsâ etiam visione gaudere possit: Quod si quis supponat non dari hujusmodi cognitionem visionis, sed filius Dei, casus inquit Suarez num. 10. est metaphysicus, nec debet fortasse qui tunc dicat beatum versari circa Deum solo amore amicitia, non delectatione hac de Deo posse, ut posse, seu amore concupiscentia expresso, quod affirmat Salas.

**V.** *Viso beatifi-  
ca direc-  
tus in  
Deum, in-  
directe &  
virtuali re-  
flexione ten-  
dit in seip-  
sam.*

Secundò tamen respondeo cum Suario citato & Valsquez num. 20. & 37. visionem esse virtuali saltem aliquâ ratione reflexivam supra se. Directè ergo fertur visio beatifica in Deum, indirectè & virtuali quadam reflexione in se: imò hoc putant aliqui competere omni omnino actui vitali, quatenus vitaliter afficit subjectum; sic enim, inquiunt, vitaliter seipso percipitur directè, percipliendo scilicet principalius objectum directum. Non tamen est objectum delectationis præcisè in quantum est repräsentatio & propositio objecti, ut rectè notat Valsquez citatus, sed in quantum est illius posse, & sub hac ratione est visio peculiariter objectum delectationis, quamvis realiter sint idem.

*Viso delecta-  
tis in quantum  
est Dei pos-  
sse.*

## SECTIO QUARTA.

*De dotibus animæ & corporis glorioſi:  
ubi an Sanctorum beatitudo fit  
• futura perpetua.*

**Q**UAERES septimò: quanam sint in beatis I. dotes animæ? Variæ à variis assignantur: à quibusdam numerantur habitus luminis glorie, Dotes enī  
numeratorum  
charitatis &c. ab aliis visio, fruitio & comprehen-  
dissimilitudine, seu tentio: ab aliis denuo visio, dilectio, & à variis fruitio seu delectatio, licet sint ipsa substantia beatitudinis, & matrimonii hujus spiritualis inter animam & Deum. Quæstio est parvi momenti, & ferme de nomine: nec refert quo quis modo hac in re loquatur. Qui tamen dotes hæc constituant in habitibus, propius ad veritatem accedunt: Dotes ista  
melius in  
habitibus  
conformius loquuntur ad naturam dotes: dos quip-  
pe, non actualem rei alicuius usum significat, sed statim utendi potestatem.

Quoad gloriam corporis (licet ad veram & II. essentiam beatitudinem corpus non si necclasi- Corporis  
cū Angelī, & animæ à corporibus separatae  
gloriosi dotes  
verè jam sint beate) dotes corporis gloriofi qua gloriosi dotes  
sunt quatuor  
tuor numerantur, Clariſtas, Agilitas, Subtilitas & Agilitas,  
Impassibilitas. Clariſtas est lux corpori inhærens, Subtilitas, vel in superficie tantum extimæ, ut vult Scotus, Impassibili-  
vel etiam in toto, ita ut illud reddat usquequoque diaphanum & transparens, ut docet Suarez, & insinuare videtur S. Thomas, & alii ex Sanctis Patribus. Hanc verò lucem puto cum codem Suarez, esse speciem à nostrâ distinctam, non tamen supernaturalem, ut vult Salas & alii nonnulli.

**Agilitas** est intrinseca vis nativa animæ movendi corpus, vel gravitatem illius, vel actuali saltē in quo sita  
gravitatione sublatā, & excellenti quadam dispositio- III. in corpus inducā: quibus positis summā illud celeritate movere potest anima, & ab uno in alium locum remotum velocissime transferre. Ad hoc tamen munus non improbabiliter addi posset peculiari assistentia Dei. Sicut ponunt communiter quid sit sub-  
tilitas. auctores, in subtilitate qua est tercia ex dotibus, & confitit in aptitudine, seu vi penetrativâ, cum aliis corporibus, etiam non glorificatis:

Quarta demum est **Impassibilitas**, qua in nobili quodam temperamento certarum qualitatum sita Declaratur  
in quo con-  
sistat dicitur  
impassibilitas est, quas Deus qualitatibus elementaribus adjungit, per quod temperamentum, beati corpus incapax redditus corruptionis omnis vel alterationis nocivæ, tum ab intrinseco, tum extrinseco, ita nimis ut non egeat cibo, somno, respiratione & aliis ad vitam mortalis corporis sustentandam Impassibili-  
tatem multa  
necessariis. In hac tamen dote à quibusdam recur-  
rit ad assistentiam extrinsecam Dei, cùm inquinunt tuū in par-  
salvari omnia vix possint per qualitates intrinsecas. tunc in af-  
ficiuntur. Hec tamen assistentia tam hæc, quam in aliis doti-  
bus, non est mere gratuita, sed connaturaliter, & jure meritorum illi statut debita. Ut autem loqui possint beati, ponunt aliqui donum penetrationis Quonodo  
in aere purissimo, in eorum pulmonibus inclusio  
loquantur Non tamen video cur in loco aliquo, aere, seu corpore liquido replete habitare nequeant, per quod nonnulli, Beati. aquas qua super calos sunt, intelligi posse affirmant.

**V.** *Quæres ultimò: utrum Sanctorum Beatitudo error Origenis  
futura sit perpetua? Error fuit Origenis, ut refert n̄ circa per-  
S. Augustinus hæresi 43, ubi addit neminem hanc in futuram em-  
te posse Origene excusat, qui docebat hanc beatitudi-  
nem.*

*Certum est  
Sandorum  
beatitudinem  
futuram  
perpetuam.*

beatitudinem non fore perpetuam, sed quandam in beatis viciis futuram felicitatis & misericordie. Sed hic est error manifestus contra fidem, cum in Symbolo & Scriptura sapientia appelletur vita aeterna de qua dicit Apostolus 1. ad Thessal. 4. v. 16. *Sic semper cum Domino erimus: & 1. Petri 1. v. 4. hereditas incorruptibilis, immarcessibilis &c. & cap. 5. v. 4. immarcessibilis gloria corona: & alia huiusmodi.*

## SECTIO QUINTA.

## Vtrum beati ex vi visionis reddantur impeccabiles.

*I.  
Sanctos Angelos culpam aliquam interdum admittentes docevit Origenes.*

**D**ico ex vi visionis, nam ratione amoris erga Deum in beatis, necessariò ex visione orti, reddi eos impeccabiles ostensum est suprà. Deinde à fortiori sequitur, estque omnino certissimum beatos de facto nunquam peccatum ullum admissuros: in quo erravit etiam Origenes, qui beatorum voluntates de bono in malum mutabiles esse dixit: quare & Sanctos Angelos nonnunquam negligentes esse afferuit, & in suis ministeriis obvniuersi culpam interdum incurre.

*II.  
Stante visione non potest bonus peccare.*

Prima Conclusio: stante visione, non potest beatus, saltem connaturaliter, & de potentia ordinaria peccare: ita S. Thomas 1. 2. quæst. 4. art. 4. Cajetanus idem, Suarez 1. 2. Difp. 10. secl. 1. num. 16. Vasquez disp. 18. cap. 2. & alii. Conclusio procedit ex vi visionis præcisè, & posito quod Deus miraculosè negaret concursum ad amorem.

*III.  
Ostenditur ex vi visionis præcisè beatos redditos reddi impeccabili.*

Ratio est primo: nam ut bene Suarez citatus, quisquis clare videt Deum, & judicat illi debitum esse, ut omnia ad eum referantur, sanè non apparet quo pacto ab eo possit per peccatum averti, seu actu illum offendere, cum hoc intelligi vix queat, in eo, qui id judicat solummodo abstractivè, & licet clare Deum non videat: sicut ergo per visionem beatificam voluntas est inclinata ac determinata ad amandum Deum, ita & ad fugendum quidquid illi videt displicere; idque immediatè, & non solum mediante amore formalí, licet forte visio dicì non incongruè posset amor virtualis.

*IV.  
Viterius declarans quo pacto visio beatifica, saltem connaturaliter excludit peccatum.*

Ratio est secundo: visio siquidem beatifica, vel est ipsa beatitudine formalis adæquate, sicut videtur manifestè incompossibilis cum peccato, cùm implicet contradictionem, ut simul quis sit fùmè felix & summè miser, ut ex terminis constat: vel saltem visio est partialis beatitudo integrans scilicet unam totalem beatitudinem cum amore, eunque causans, sicutque saltem in radice est beatitudo, seu illam ut completam exigens; omnino autem videtur implicare ut connaturaliter & formaliter exigat subjectum esse beatum, & simul connaturaliter admittat peccatum, quod est summa miseria, & beatitudini maximè oppositum.

*V.  
Ex ratione forma perfectissimè sanctificatur visionem excludere peccatum.*

Ratio est tertio: visio quippe secundum probabilem sententiam est forma sanctificans perfectissimè post unionem hypostaticam, reddens nimirum subjectum in quo est, peculiari & perfecto modo particeps naturæ divinae: unde si ulli qualitatibus concedendum sit, ut animam sanctificet, pugnet cum peccato, & alia huiusmodi (concedendum autem hoc aliqui videtur, cùm peccatum formaliter & per se reddat hominem iustum) sanè non est cur non concedatur visioni beatifica, ut pote accidentia omnia supernaturalia in perfectione superant, & ad quam tanquam ad finem ordinantur.

Hæc etiam rationes probant de peccato veniali, quod proinde visio connaturaliter excludit. Alia *V. Visio beatifica excludit etiam peccatum veniale.*

Secunda Conclusio: probabilius etiam est si gratia habitualis nec divinitus stare possit cum peccato, vel actuali vel habituali (de quo infra, Disputatione 123.) non posse nec de potentia absoluta visionem stare cum peccato. Rationes etiam sunt pro visione & pro gratia, quæ proinde illuc, qui proprii ejus locus est, proponi solent. Principiū sunt ex conceptu sanctitatis, & locutionibus Scripturæ & Patrum. Addunt verò aliqui, & probabiliter, majorem esse rationem cur hoc visioni tribuatur, quæ gratia, cùm perfectius & indefectibiliter (quippe quæ ex natura sit perpetuè potuerit durare, quod gratia habituali non competit) sanctificet.

## SECTIO SEXTA.

## Possintne beati peccare demerendo visionem beatificam.

**P**Ostreum quod hic queri solet circa potestiam peccandi in beato est, utrum saltem peccare possit demerendo visionem beatificam: sicut licet gratia habitualis incompossibilis sit cum peccato mortali, etiam divinitus juxta probabilem sententiam, potest tamen iultus peccare, & gratiam per demeritum perdere. Hac verò in re comedem ferè modo procedere possumus sicut in materia de Incarnatione in simili processuus circa unionem hypostaticam, quam diximus non posse humanitatem deinereri, nec dissolvere per peccatum, pro aliisque priori commissum, licet vel concomitantem vel consequenter peccare posset humanitas, quocumque instanti Deus per se, seu pro sua voluntate, sicut potest, illam à verbo deuinire.

Dices: potest Deus intuitu actus meritorii à Petro in instanti A eliciti visionem illi beatificam *Dicit: cum codem instanti infundere, ergo pro illo priori nihil intelligitur vel peccato repugnans, vel peccandi potentia, ergo simul cum visione beatæ, seu beatitudine stat potentia peccandi, ergo potest beatus peccare, cùm posse peccare, & habere potentiam peccandi sint synonima. Primo negari posset prius antecedens & dici peculiarem esse rationem de merito respectu visionis, quæ non sit respectu aliarum rerum, visio siquidem est beatitudo, sicut ipso facto quod quis habeat visionem, est in termino; cum ergo status via sit conditio requisita ad meritum, non videtur dari posse meritum eo instanti, quo est visio, cùm ejusmodi opus non sit factum in studio, in loco agonis & pugnae &c. Hac responsio licet sit probabilis, existimo tamen non difficuler refelli posse.*

Secundò itaque responderi posset, ad potentiam peccandi requiri, non præcisionem solum, sed negationem etiam visionis: Unde licet proponi posset visio pro premio actus liberi & meritorii, non tamen talis actus ejus contrarium, seu omisso est peccatum, ut de unione hypostaticâ dixi dum de Incarnatione. Quare etsi possit is illo instanti mereri, non tamen potest peccare.

*Tertia*